presentia cum sanctis · atq; habundantia sua
sanctorum inopiam suppleant · vt vicissim ip̄ōr
inopia sanctorum habundantia suppleatur ·
In fine repetit quod supi⁹ contra pseudo aplos
egerat · et audatitionem eōr predicationesq; re
se gl̄ias · uel collata antiquitate generis · uel
catalogo iniuriaꝝ ac periculoꝝ suoꝝ eiurat
Dicitq; eos operarios subdolos · qui ad imi

tationem sathane transfigurentur in apostolos xpi · sub predicationis specie | lucra pecuniaria quęq; sectantes · Explicit prologus

Argumētum in epłam secundam beati pauli apli ad corinthios.

POst actam penitentiam consolatoriam epistolam scribit eis apostolus a troade per tytum · et collaudans eos hortatur ad meliora · contristatos eos quidem sed emendatos ostendens · Explicit argumentum · ~ ~ ~

Incipit epła secda bti pauli apli ad corinth̄i ·

ij ad

Caplm̄ p̄mum·

Aul' apl's ih'u xp̄i per voluntatē dei· et tymotheus frat̄r· eccl̄e dei que est corinthi· cum scis omnibus qui sunt inuniuersa achaia· gr̄a vobis & pax ado patre nr̄o & dn̄o ihu xpo· Benedictus ds & pater dn̄i n̄ri ihu xp̄i· pater miserciarum & ds tot̄i consolationis· qui consolatur nos in omni tribulatione nr̄a· ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt· p exhortationem qua exhortamur & ipsi ado· q̄m sicut abundant passiones xp̄i in nobis· ita & p xp̄m abundat consolatio nr̄a· Sive autem tribulamur· pu͂a exhortatione & salute· sive solam· p vi͂a solatiōe· sive exhortam· p vi͂a exhortatiōe & salute· q̄ operat· tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur· & spes nr̄a firma sit· p uobis· scientes q̄ sicut socii passionum estis· sic eritis & consolationis·

Nonenim uolumus ignorare uos fris de tribu
latione nra quę facta ē in asia· Qm supra mo
dum grauati sumus supra uirtutem· ita vt
taderet nos etiam uiuere: Sed ipsi in nobis
ipsis responsum mortis habuimus· ut nō
simus fidentes in nobis· sed in deo qui suscitat
mortuos· qui de tantis periculis eripuit nos
et eruit· in quem speramus qm adhuc eri
piet· adiuuantibus et uobis in oratione p
nobis· ut ex multorum psonis facierum eius
quę in nobis est donationis· p multos gratię
agantur p nobis: Nam gloria nra hęc est·
testimonium conscientię nrę· quod in simpli
citate et sinceritate dī et non in sapientia car
nali· sed in gra dī conuersati sumus in hoc mun
do· abundantius autem ad uos·

Non enī alia scribimus vob· quā quę legis
tis et cognoscitis· Spero autem quod usq; in
finem cognoscetis· sicut et cognouistis nos ex
parte· quia gla ura sumus sicut et uos nra
in die dnī nri ihū xpi· Et hac confidentia uolui
prius uenire ad uos ut secundā gram habere

tis· & p uos transire in macedoniam· & iterum
a macedonia uenire aduos· & a uobis deduci
in iudeam; Cum ergo hoc uoluissem· num-qd
leuitate usus sum· Aut quę cogito secundum
carnem cogito· ut sit apud me est & non·
Fidelis autem ds· qui a sermo nr qui fuit apud
vos· non est in illo est et non· Di enim filius
ihc xpc· qui uobis p nos prdicatus ē p me
& siluanum & timotheum· nō fuit in illo ē ꝙ nō·
sed est in illo fuit· Quotquot enim pmissiones
di sunt· in illo est· Ideo & p ipz amē dicim deo
ad gl̄am nr̄am· Qui autem confirmat nos
uobiscum in xpo· & qui unxit nos ds· &
qui signauit nos· & dedit pignus spc in cor
Ego autem testem dm — — dibus nr̄is;
inuoco in animam mea· quod parcens uob
non ueni ultra corinthum· non quia domi-
namur fidei uře· sed adiutores sumus gaudi
ři· Nam fide statis· Cii·
Statui autem hoc ipsum apud me· ne iterum
in tristicia uenirem aduos: Si enim ego
contristo uos: & quis ē qui me lętificet· nisi

ꝙ ē in illo est·

qui contristatur exme. ¶ Et hoc ipsum scripsi
vobis. ut non cum uenero tristiciam sup tristi
ciam habeam de quibus oportuerat me gaude
re. confidens in omnibus uobis. quia mei gau
dium omnium urm est. ¶ Nam ex multa tribu
lacione & angustia cordis scripsi uobis p mul
tas lacrimas. non ut contristemini. sed ut scia
tis quam caritatem habeam abundantius in
uobis. ¶ Si quis autem contristauit me. nō me
contristauit sed ex parte. ut non onerem om
nes vos. ¶ Sufficit illi qui eiusmodi ē obiurga
cio hec que fit apluribus. ita ut econtrario
magis donetis & consolemini. ne forte abun
dantiori tristicia absorbeatur qui eiusmodi est.
¶ Propter quod obsecro uos. ut confirmetis in
illum caritatem. ¶ Ideo enim & scripsi. ut cog
noscam experimentum urm. an in omnib⁹
obedientes sitis. ¶ Cui autem aliqd donastis. &
ego. ¶ Nam & ego quod donaui si quid dona
ui. propter uos in psona xpi. ut non circumue
niamur a sathana. ¶ Nō enim ignoramus co
gitationes eius;

Cum uenissem autem troadam ꝓpter euangliū
xpi· & ostium mi aptum esset in dño· non habui
requiē spū meo· eo quod non inuenerim titū
frem meum· sed ualefaciens eis ꝓfectus sum in
macedoniam· Deo autem gras qui semp triumphat nos in xpo ihu· & odorem notitie sue
manifestat ꝑ nos in omni loco· quia xpi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt· & in
his qui pereunt· Alis quidem odor mortis
in mortem· alis autem odor uite in uitam· Et
adhec quis tam idoneus· Non enim sumus sic
plurimi adulterantes uerbum di· sed ex sincer
itate· sed sicut ex dō coram dō in xpo loquimur·
Incipimus igitur nosmetipsos com Cm.
mendare· Aut num quid egemus sicut quidā
commendaticias epistolas ad uos aut ex uobis·
Epistola nra uos estis scripta in cordibus nris·
que scitur & legitur ab omnib hominibus·
manifestati quō epistola estis xpi ministrata
a nobis· & scripta non atramento sed spū di
uiuo· non in tabulis lapideis· sed in tabulis
cordis carnalibus·

Fiduciam autem talem habemus p xp̃m ad
dm̃ · non quod sufficientes simus cogitare
aliquid a nobis quasi ex nobis · sed sufficientia
nra ex dō est · Qui & idoneos nos fecit minis-
tros noui testamenti non li tera sed spū; Li-
tera enim occidit · spūs autem uiuificat; Quod
si ministratio mortis literis deformata in
lapidibus fuit in gloria · ita ut non possent
intendere filii isrl in faciem moysi p̃pter
gl̃am uultus eius que euacuatur · quomodo
non magis ministratio spūs erit in gloria ·
Nam si ministratio damnationis in gl̃a
est · multo magis abundat ministeriū iusti-
cie in gloria; Nam nec glorificatum ē qd̃
claruit in hac parte p̃pter excellentē glo-
riam; Si enim quod euacuatur p gl̃am ē ·
multo magis quod manet in gl̃a est ·
Habentes igitur talem spem multa fiducia
utimur · et non sicut moyses ponebat ue-
lamen sup faciem suam ut non intenderent
filii isrl in faciem eius quod euacuatur · Sed
obtusi sunt sensus eorum; Usq̃ in hodier-

num enim dicm idipsum ud amen in lectione
ueteris testamenta manet non reuelatum qm
in xpo euacuatur. §; usq; in hodiernum di
cum legitur moysi: ud amen ē positum sup
cor eorum; Cum autem conuersi fuerit ad dm.
auferetur ud amen: Dns autem spūs est; Ubi
autem spūs dni · ibi libertas; Nos uero omnes
reuelata facie gl̄am dni speculantes: in ean
dem imaginem transformamur a claritate
in clarit atem tan-quam a dni spū. Cum
eo hītes hanc administrationem iuxta quod mi
sericordiam consecuti sumus: non deficimus:
sed abdicamus occulta dedecoris: non am
bulantes in astutia neq; adulterantes uer
bum dī: sed in manifestatione ueritatis: com
mendantes nos ipsos ad omnem conscien
tiam hominum coram dō.

Quod si etiam opertum est euangl̄m nr̄m
in his qui pereunt est opertum · in quibus ds
huius seculi excecauit mentes infidelium ·
ut non fulgeat illuminatio euangl̄ii gl̄e
xp̄i · qui est imago dī: Non enim nosmetip-

sos predicamus· sed ihm xpm dnm nrm· nos
autem seruos uros ppter m· qm ds qui dixit de
tenebris lucem splendescere· — illuxit in
cordibus nris ad illuminationem scientie
claritatis di· in facie xpi ihu· ¶ habemus aut
thesaurum istum in uasis fictilibus· ut sublimitas sit uirtutis di· in nob & n ex nobis· ¶ in omnibus tribulationem patimur· sed non angustiamur· aporiamur sed non destituim·
persecutionem patimur sed non derelinquimur· deicimur sed non perimus· semp mortificationem ihu in corpore nro circumferentes· ut & uita ihu in corporibus nris manifestet·

¶ semp enim nos qui uiuimus
in mortem tradimur· ppter ihm· ut & uita
ihu manifestetur in carne nra mortali· ergo
mors in nobis operatur· uita autem in uobis·
¶ habentes autem eundem spm fidei sicut scriptum est· credidi ppter quod locutus sum·
& nos credimus· ppter quod & loquimur·
scientes qm qui suscitauit ihm & nos cum
ihu suscitabit· & constituet uobiscum· Om

nia enim ꝓpter uos· ut gr̃a abundans ꝑmul
tos gratiarum actione abundet in gl̃am dī·
Propter quod non deficimus: Sed licet is qui
foris est nr̃ homo corrumpatur· tamen is qui
intus ē renouatur de die in diem; Id enim
quod in p̄senti est momentaneum & leue
tribulationis nr̃e· supra modū in sublimita
tem ęternum gl̃ę pondus operatur in nob̄.
non contemplantibus nobis quę uidentur·
sed quę non uidentur: Quę enim uidentur
temporalia sunt· quę autem non uidentur
ętterna sunt; C v.

Scimus enim quī si terrestris domus nr̃a hui
habitationis dissoluatur· quod ędificatio
nem ex dō habemus· domum non manufac
tam — ęternam in cęlis; Nam & in hoc in
gemiscimus habitationem nr̃am quę de cę
lo est· supindui cupientes: si tamen uestiti
& non nudi inueniamur; Nam & qui sumꝰ
in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati·
eo quod nolumus expoliari sed supuestiri·
ut absorbeatur quod mortale est a uita;

Qui autem efficit nos inhoc ipsum dſ ē. q̄ de
dit nobis pignus ſpc.
Audentes igitur ſemp. & ſcientes quī dum
ſumus incorpore peregrinamur adnō: Per
fidem enim ambulamus & non pſpeciem;
Audemus autem. & bonam uoluntatē habe
mus magis peregrinari acorpore. & preſentes
ē ad dm. & ideo conitendimus ſiue ab
ſentes ſiue pſentes placere illi; Omnes
enim nos manifeſtari oportet ante tribunal
xpi. ut referat unuſquiſq; ppria corporis
prout geſſit ſiue bonum ſiue malum.
Scientes ergo timorem dni hominib; ſuade
mus: deo autem manifeſti ſumus. Spero aut.
& inconſcientiis uris manifeſtos nos ē.
Non iterum nos commendamus uobis.
ſed occaſionem damus uobis gloriandi p
nobis. ut habeatis adeos qui in facie glori
antur & non incorde; Siue enim mente ex
cedimus dō. ſiue ſobrii ſumus uobis; Caritas
enim xpi urguet nos. eſtimantes hoc quī ſi
unus pomnib; mortuus ē. ergo omnes mor

tui sunt ¶ pomnibus mortuus ē xp̄c · ut &
qui uiuunt iam non sibi uiuant · sed ei qui p
ipsis mortuus est & resurrexit. ~ ~
¶ itaq; nos ex hoc neminem nouimus secundū
carnem: ¶ si cognouimus secundum carnē
xp̄m · sed nunc iam non nouimus: ¶ si qua q̄
in xp̄o noua creatura · vetera transierunt.
¶ ecce fc̄a s̄ oī̄a noua · Omnia autem
ex dō qui reconciliauit nos sibi p xp̄m.
& dedit nobis ministerium reconciliatio
nis · q̄m quidem dс erat in xp̄o mundum
reconcilians sibi · non reputans illis delicta
ipsorum · & posuit in nobis uerbum recon
ciliationis: ¶ pro xp̄o ergo legatione fungi
mur · tam quam dō exhortante p nos · Obse
cramus p xp̄o · reconciliamini dō · ¶ eum qui
non nouerat peccatum, p nobis peccatum
fecit · ut nos efficeremur iustitia dei in ipso;

¶ Adiuuantes autem et C vi.
hortam̄ vos · ne in uacuum gr̄am dei recipiatis.
¶ Ait enim · Tempore accepto exaudiui te ·
& in die salutis adiui te. ~ ~

Ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies
salutis. Nemini damus ullam offensionem. ut
non uituperetur ministerium nrm. Sz in hys om=
nibus exhibeamus nosmetipsos sicut dī minis
tros. in multa patientia. in tribulationibus
in necessitatibus in angustiis. in plagis in car=
ceribus in seditionibus. in laboribus in uigi
liis in ieiuniis in castitate. in scientia in lon
ganimitate in suauitate. in spū scō in caritā
te non ficta. in uerbo ueritatis in uirtute dī;
Per arma iustitie a dextris & a sinistris. p gl̄am
& ignobilitatem. p infamiam & bonā famā.
Ut seductores & ueraces. sicut qui ignoti &
cogniti. quasi morientes & ecce uiuimus.
Ut castigati & non mortificati. quasi tristes.
semp autem gaudentes. Sicut egentes multos
autem locupletantes. tanquam nihil haben
tes & omnia possidentes.

Os nrm patet aduos o corinthii. cor nrm di
latatum ē. Non angustiamini in nobis. an
gustiamini autem in uisceribus urīs. Eandē
autem habentes remunerationem. tan-quā

filiis dico dilatamini & uos. Nolite iugum
ducere cum infidelibus. Que enim participatio
iustitie cum iniquitate. Aut que societas lucis
ad tenebras. Que autem conuentio xpi ad be
lial. Aut que pars fideli cum infideli. Qui aut
consensus templo di cum idolis. Vos enim estis
templum di uiui. sicut dixit ds. Quoniam inhabi
tabo in illis & inambulabo. & ero illorum ds.
& ipsi erunt mihi ppls. Propter quod exite
de medio eorum. & separamini dicit dns. & in
mundum ne tetigeritis. & ego recipiam uos.
Et ero uobis in patrem. & uos eritis mihi in
filios & filias. dicit dns omps. Cvij.

Has igitur habentes ppmissiones dilecti. munde
mus nos ab omni inquinamento carnis & spi.
ficientes sanctificationem in timore di. Capite
nos. Neminem lesimus. neminem corrupimus.
neminem circumuenimus. Non ad condem
nationem uram dico. Predixi enim quod in cor
dibus nris estis. ad commoriendum & ad conuiuen
dum. Multa mihi fiducia e apud uos. multa mihi gloriatio pro uobis. Re

plctuſſim conſolatione· ſup abundo gaudio
in omni tribulatione nr̃a· Nam & cum uenissem
— macedoniam· nullam requiem habuit ca
ro nr̃a· ſed omnem tribulationem passi sum· foris
pugnę· intus timores· Sed qui consolatur hu
miles· consolatus ē nos dṡ in aduentu tu·
non solum autem in aduentu eius· sed & iam
in̄ consolatione qua consolatus ē in uobis· referens
nobis ur̄m desiderium ur̄m fletum ur̄m e
mulationem pro me· ita ut magis gauderem·
Q in̄ & si contristaui uos in epla· non me pe
nitet· Et si penitebat uidens quod epla
illa & si ad horam uos contristauit· nunc gau
deo· non quia contristati estis· sed quia con
tristati estis ad penitentia· Contristati enim
estis secundum dm̄· ut in nullo detrimentum
patiamini ex nobis· Que enim secundu dm̄
tristicia ē· penitentia in salutem stabilem
operatur· Sęcli aut tristicia mortē operatur·
Ecce enī hoc ipsu secm dm̄ contristari uos· quan
ta in uob operat̂ sollicitudinē· sed defensionē·
sed indignationē· sed timorē· sed desiderium· sed

mcog d'lia + ſue
oēs labor hui⁹ p̄habūdo

emulationem sed uindictam. ¶ In omnibus
exhibuistis uos incontaminatos ee negotio.
¶ igitur & si scripsi uobis non ppter eum qui
fecit iniuriam. nec ppter eum qui passus e.
sed admanifestandam sollicitudinem nram
quam pro uobis habemus ad uos coram do. ¶ deo
consolati sumus. ¶ In consolatione autem nra
abundantius magis gauisi sumus sup gaudio
tito. quia refectus e spe eius ab omnibus
uobis. ¶ Et si quid apud illum de uobis glori
atus sum. non sum confusus. sed sicut oia de
uobis in ueritate locuti sumus. ita & glori
atio nra que fuit ad titum ueritas facta e.
¶ Et uiscera eius abundantius in uobis sunt.
reminiscentis omnium urm obedientiam.
quomodo cum timore & tremore excepistis
eum. ¶ Gaudeo quod in omnibus confido

Notam autem facimus ¶ vobis.] in uobis.
gratiam dei que data e in ecclis
macedonie. quod in multo experimento
tribulationis abundantia gaudii ipius fuit.
& altissima paupertas eorum abundauit in di

uitas simplicitatis eorum. Quia secundū uir
tutem testimonium illis reddo. et supra
uirtutem uoluntarii fuerunt. cum multa ex
hortatione obsecrantes nos gr̄am & commu
nicationem ministerii quod fit in sc̄os. Et
non sicut sperauimus. sed semetipsos dederūt
primum deo. deinde nobis p uoluntatē dī.
ta ut rogaremus titum ut quemadmodū
cepit. ita & p ficiat in uobis & iam gr̄am istā.
Sed sicut in omnib⁹ abundatis
fide & sermone & scientia & omni sollicitudine.
insup & caritate vr̄a in nos. ut & in hac gr̄a
abundetis. Non quasi imperans dico. sed p ali
orum sollicitudinem & iam ur̄e caritatis in
gn̄uum bonum comp bans. Scitis enim gr̄am
dn̄i nr̄i ihu xp̄i. q̄m p ppter uos egenus f act⁹
est cum ēet diues. ut illius inopia uos diui
tes ēetis. Et consilium in hoc do. hoc en̄i uob
utile est. qui non solum facere. sed & uelle ce
pistis ab anno priore. Nunc uero & facto p fi
cite. ut quemadmodum p mptus ē animus
uoluntatis. ita sit & p ficiendi ex eo q̄d habe-

tas· Si enim uoluntas ꝓmpta ẽ· secundum id
quod habet accepta ẽ· non secundū id qđ non
habet· Non enim ut alijs sit remissio uobis
autem tribulatio· sed ex equalitate inp̃sen
tempore uŕa abundantia illorū inopiam
supplet· ut & illorum abundantia urę
inopię sit supplementum· ut fiat equali
tas· sicut scriptum est· Qui multum hab
~ non abundauit· & qui modicum non mi
norauit· Grās autem dō· qui dedit eandem
sollicitudinem ꝓ uobis in corde titi· qm̃
exhortationem quidem suscepit· Sed cum sol
licitior ẽt· sua uoluntate ꝓfectus ẽ ad uos·
Misimus & iam cum illo frēz nr̄z· cui laus ẽ
in euangelio ꝑ omnes ecclās· Non solum aut
sed & ordinatus ab ecclijs comes peregrina
tionis nr̄ę· in hac gr̄a quę ministratur a nob
ad dñi gloriam· & destinatam uoluntatem
nr̄am· deuitantes hoc ne quis nos uituperet in hac plenitudine quę ministratur a
nobis ~ Prouidemus enim bona
non solum ~ cor̄ dō· sed & iam coram

hominibus. Misimus autem cum illis & frem
nrm. quem pbauimus inmultis sepe sollicitum
esse. Nunc autem multo sollicitiorem confi
dentia multa in uob. siue p tito qui est socius
meus & in uob aditor. siue frs nri apli eccle
siarum gloria xpi. Ostensionem ergo que
est caritatis ure & nostre gle puobis. in illos
ostendite in facie ecclarum. Cap. ix.
Am de ministrio qd fit in sctos. ex abundanti e mi
scribere vobis. Scio enim pmptum animum
urm: pquo de uobis glorior apud macedo
nes. quia achaia parata e ab anno preterito.
& ura emulatio puocauit plurimos. Misi
mus autem fratres. ut ne quod gloriamur
de uobis euacuetur in hac parte. ut quem ad
modum dixi parati sitis. ne cum uenerint
macedones & inuenerint uos inpa
ratos erubescamus nos. ut n dicam uos in hac
substantia. Necessarium ergo existimaui rogare
frres ut preueniant ad uos. et prepara
rent rpromissam benedictionem hanc prepariatam
esse. sic quasi benedictionem. non quasi auari

ciam · Hoc autē dico · Qui parce sēminat ·
parce & metet · et qui seminat in benedictionib⁹
de benedictionib⁹ & metet · Unusquisq; prut destinau
corde suo · nō ex tristicia aut ex necessitate · Hilarem
enī datorem diligit ds · Potens ē enim ds omnem grām
abundare facere in uobis · ut in omnib: semp
omnem sufficientiam habentes habundetis
in omne opus bonum · sicut scriptum ē · Disp
sit dedit pauperibus · iusticia eius manet in
sēculum sēculi · Qui autem amministrat se
men seminanti · & panem admanducandum
prestabit · & multiplicabit semen urm · &
augebit incrementa frugum iusticiē urē ·
ut in omnibus locupletati abundetis in om
nem simplicitatem · que operatur pnos gra
rum actionem dō · Qm̄ ministerium huius
officii non solum supplet ea quē desunt sās ·
sed & iam abundat p multas grārum actio
nes in dnō · p. pbationem ministerii huius /
glorificantes dm̄ in ob-edientia confessio
nis urē in euangelio xpi · & simplicitate
communicationis in illos & in omnes · & in

ipsorum obsecratione p vobis dcidcrantium
uos: ppter eminentem grām di in uobis· Gratus
ago do sup inenarrabili dono eius· Cx·
Ipse autem ego paul' obsec' vos p mānsuetudinē et
modestiam xpi· qui in facie quidem humilis
— inter uos· absens autem confido in uobis·
Rogo autem ne presens audeam pcā —
confidentiam qua existimor audere in quos
dam· qui arbitrantur nos tan quam secun
dum carnem ambulemus· In carne enim am
bulantes· non secundum carnem militamus·
Nam arma militie nre nō s carnalia· sed potēn
tia dō ad destructionem munitionum· consi
lia destruentes· & omnem altitudinem extol
lentem se aduersus scientiam dī· & in captiui
tatem redigentes omnem intellectum in obse
quium xpi· & in promptu habentes ulcisci om
nem inobedientiam· cum impleta fuerit ura
obedientia· Que secundum faciem sunt ui
dete· Siquis confidit sibi xpi se cē· hoc cogi
tet iterum apud se· quia sic et ipse xpi est·
ita & nos· Nam & si amplius aliquid gloria-

tus fuero de potestate nr̄a: quam nob' tedit dn̄s
in ędificationem & non in destructionem ur̄am.
non erubescam. Ut autem non existimer tan
quam terrear uos ꝑ epł̄as. q̄n quidem epł̄e
inquiunt graues sunt & fortes: presentia
aut corpis infirma & sermo contemptibilis.
hoc ergo cogitet qui eusmodi est. quia qua
les sumus uerbo ꝑ epł̄as absentes: tales & pre
sentes in facto. Non enim audemus inserere
aut comparare nos quibusdam qui seipsos
commendant. sed ipsi in nobis nosmetipsos
metientes. & comparantes nosmetipsos nobis.
Nos autem non in immensum gloriabimur.
sed secundum mensuram regulę quā mensus
est nobis ds̄ mensuram ꝑtingendi usq; ad
uos. Non enim quasi non ꝑtingentes aduos
sup extendimus nos. usq; aduos enim ꝑueni
mus in euangelio xp̄i. nō in immensum glo
riantes in alienis laboribus. spem autem ha
bentes crescentis fidei ur̄ę in uobis
magnificari. secundum regulam nr̄am in
abundantia etiam in illa quę ultra uos

sunt euangelizare. non in aliena regula | in his
que pparata sunt gloriari. Qui autem glo
riatur in dño glorietur. Non enim qui se ip
sum commendat ille pbatus est. sed quem dns
commendat. Cxi.

Utinam sustineretis modicum quid insipien
tie mee. sed & supportate me. Emulor enim
uos di emulatione. Despondi enim uos uni
uiro uirginem castam exhibere xpo. Timeo
autem ne sicut serpens euam seduxit astutia
sua. ita corrumpantur sensus uri. & excidat
a simplicitate que e in xpo.

Nam si is qui uenit alium xpm pdicat quem
nos non predicauimus. aut alium spm accipi
tis quem non accepistis. aut aliud euanglm
quod non recepistis. recte pateremini. Existi
mo enim nihil me minus fecisse a magnis aplis ī wb. Nam
& si imperit sermone. sed non scientia. In
omnibus autem manifestatus sum uobis; Aut
num quid peccatum feci. me ipsum humilians
ut uos exaltemini. Quia gratis euanglm di
euangelizau uobis. Alias ecclias expoliau.

accipiens stipendiū ad ministerium uīm. Et
cum cām apud uos & egerem · nulli oneros⁹
fui · Nam quod mihi deerat · supplauerunt
fratres qui uenerunt a macedonia · & in omni-
bus sine onere me uobis seruauī & seruabo ·
Et ueritas xpi in me · quī hēc gloria non
infringetur in me in regionibus achaie · Qua
re · Quia non diligo uos · dīs cit · Quod autē
facio & faciam · ut amputem occasionem eox
qui uolunt occasionem · ut in quo gloriant⁹
tales inueniantur sicut & nos ·

Nam eusmodi pseudo apti s operij subdoli ·
transfigurantes se in aplos xpi · Et non mi
rum · Ipse enim sathanas transfigurat se in an-
gelum lucis · Non est ergo magnum · si minis-
tri ei⁹ transfigurentur uelut ministri iustic⁹ ·
Quorum finis erit secundum opera ipsorum ·
Iterum dico · ne quis me putet insipientē ēē ·
Alioquin uelut insipientem accipite me ·
ut & ego modicum quid glorier · Quod lo-
quor non loquor secundum dm · sed qua
si in insipientia in hac substantia glorie ·

Qñ multa gloriantur secundum carnem · &
ego gloriabor · Libenter enim sufferetis insipi
entes · cum sitis ipsi sapientes · Sustinetis enim
siquis uos in seruitutem redigit · siquis deuorat ·
siquis accipit · siquis extollitur · siquis in fa-
cie uos cedit · Secundum ignobilitatem dico ·
quasi nos infirmi fuerimus in hac parte · In
quo quis audet · in insipientia dico audeo &
ego · Hebrei sunt · & ego · Israhelite sunt · &
ego · Semen abrahe sunt · & ego · Ministri
xpi sunt · & ego · Ut minus sapiens dico plus
ego · In laboribus plurimis · in carceribus abun
dantius · in plagis supramodum · in mortib⁹
frequenter · A iudeis quinquies quadragenas
una minus accepi · Ter uirgis cesus sum · se
mel lapidatus sum · ter naufragium feci · noc
te & die in profundo maris fui · In itineribus
sepe · periculis fluminum · periculis latronu ·
periculis ex genere · periculis ex gentibus ·
periculis in ciuitate · periculis in solitudine ·
periculis in mari · periculis in falsis fratribus ·
In labore & erumna · in uigiliis multis · in fa-
me & sitи · in ieiuniis multis · in fri-

gore & nuditate · Preter illa que extrinsecus
sunt · instantia mea quotidiana sollicitudo om=
nium ecclesiarū · Quis infirmatur & ego non
infirmor · Quis scandalizatur & ego non uror ·
Si gloriari oportet · que infirmitatis mee sunt
gloriabor · Deus & pater dñi nri ihu xpi scit
qui est benedictus in secula · quod non mentior ·
Damasci ppositus gentis archen regis custodie
bat ciuitatem damascenorū · ut me comprhen=
deret · Et per fenestram in sporta dimissus sum
per murum · & sic effugi manus eius · Exij ·
Gliari opteti non expedit quidem · Ueniam aut
ad uisiones & reuelationes dñi · Scio homine
in xpo ante annos quatuordecim · siue in cor
pore —— siue extra corpus nescio deus scit ·
raptum eiusmodi usq; ad tertium celū · Et scio
huiusmodi hominem siue in corpore siue ex
tra corpus nescio deus scit · quōm raptus e in para
dysum · & audiuit archana uerba que non licet
homini loqui · Pro huiusmodi gloriabor · p
me autem nihil gloriabor nisi in infirmita
tibus meis · Nam & si uoluero gloriari non

ro insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autē
ne quis me existimet supra id quod uidet in
me aut audit aliquid ex me. Et ne magnitu
do reuelationum extollat me. datus ē eñi m
stimulus carnis mee angelus sathane. ut me cola
phizet. Propter quod ter dñm rogaui ut disce
deret a me. & dixit mihi. Sufficit tibi gra mea.
Nam uirtus in infirmitate pficitur. Libenter
igitur gloriabor in infirmitatib; meis. ut in
habitet in me uirtus xpi. Propter qđ placeo
mihi in infirmitatibus. — in contumeliis
in necessitatibus. in pſecutionibus in angus
tiis p xpō. Cum enim infirmor. tunc potens
sum. Factus sum insipiens. Vos me coegistis.
Ego enim debui a uobis commendari. Nichil
enim minus feci ab his qui sunt supra modum
apli. Tamen & si nihil sum. signa tamen apl'at' mei
facta sunt sup uos in omni patientia. signis
& pdigiis & uirtutibus. Quid est enim quod
minus habuistis p̄ ceteris ecclīs. nisi quod ego
ipse non grauaui uos. Donate mihi hanc
iniuriam.

Ecce tercio hoc paratus sum uenire aduos· &
non ero grauis uobis· Non enim quero que ua
sunt seduos· Non enim debent filii parentib;
thesauri zare· sed parentes filiis· Ego autem li
bentissime impendam & superimpendar ipse
p animabus uris· licet plus uos diligens minus
diligar· Sed esto ego uos non grauaui· sed
cum cm astutus dolo uos cepi· Num quid
p aliquem eorum quos misi aduos circumuenu
uos· Rogaui titum & misi cu illo frem· num
quid titus uos circumuenit· Nonne eode spu
ambulamus· nonne eisdem uestigiis· Olim
putatis quod excusemus nos apud uos· Coram
do in xpo loquimur· Omnia autem kmi ppt
uram edificationem· Timeo enim ne forte
cum uenero non quales uolo inueniam uos·
& ego inueniar a uobis qualem non uultis
ne forte contentiones emulationes animo
sitates dissensiones· detractiones susurratio
nes inflationes seditiones sint inter uos·
ne iterum cum uenero humiliet me ds apud
uos· & lugeam multos exhis qui ante pecca

uerum & non egerunt penitentiã sup immun
ditia & fornicatione & impudicitia quam gesserũt.
Ecce tertio hoc venio. to vos. In ex̃m et ulti.
ore duorum uel trium testium stabit omne
uerbum. Predixi et predico ut presens et
nunc absens hijs qui ante peccauerũt
& cęteris omnibus. quũ si uenero. iterum non
parcam. An experimentum quæritis eius qui
loquitur ī me xp̃c. Qui in uobis non infirma
tur. sed potens est in uobis. Nam & si crucifix
us est ex infirmitate. ẓ uiuit ex uirtute dei.
Nam & nos infirmi sumus in illo. sed uiuim⁹
cum eo ex uirtute dei in uobis. Vosmetipsos
temptate. Si estis in fide xp̃i. uosmetipsos probate. An
non cognoscitis uosmetipsos. quia xp̃c ihc
in uobis ē. nisi forte reprobi estis. Spero aut̃.
quod cognoscatis quia nos non sumus re
probi. Oramus autem dm̃ ut nihil mali
faciatis. non ut nos probati appareamus. sed
ut uos quod bonum est faciatis. nos aut̃
ut reprobi simus. Non enim possumus ali
quid aduersus ueritatem sed pro ueritate.

Gaudemus autem quando nos infirmi fumus: uos autem potentes estis: Hoc & oramus uram consummationem · Ideo hec absens scribo · ut non presens durius agam · secundum potestatem quam dns dedit mihi in edificationē & non in destructionem ·

De cetero fres gaudete · perfecti estote · exhortamini · idem sapite · Pacem habete · & ds pacis & dilectionis erit uobiscum · Salutate in uicem in osculo scō · Salutant uos omes scī · Gratia dñi nri ihu xpi & caritas dī & cōmunicatio scī spūs sit cū omnib; uobis · Amē ·

Explicat epla scam ad beatū paulū apm ad corinthios ·



Prologꝰ in epliz bti pauli apli ad galathas.

Galathas pꝰ suscepcõz euangelij quoꝺaz ad susceptiõz legis vetis compulerꝫ. vnde et hebionitaꝝ hereˢis nata est. q̃ et xpisto credit. et in obseruatione circumcisionis et sabbati iuꝺaizat. ac simiˢliũ mandatoꝝ. Hos aplis exemplis et rõne attente reuocat ab errore. Nam pmo psonam suam eis obicit. ut in ipo recognoscant quoꝺ sibi face conueniat. et dicit se in iuꝺaismo sup coetaneos suos habuisse studium et emulatorem fuisse paterne traditionũ. ita ut xpisti psequeretur eccleˢiam. post susceptiõz vero fidei ita credidisse xpisto. Deinde aliuꝺ quoꝺ exemplum correptum indicat. quare metu iniquoꝝ in comunctu eoꝝ qui ex gentib̃ credideˢant non debuerit libertatem. cum vtiq; sub euãgelio par esset omnium credentium. atq; vna conditio. Affert et exemplum abrahe qui ante legem factoꝝ fide iustificatus est. q; q; bñdictionem ob hoc accepit. ut iam tunc ostenderet nemnem ad iusticiam posse aliter puenire. nisi fidem abrahe fuisset imitatus. Argumentatur eciam q̃m in lege iustificari hemo iam possit constitu

tis sub lege. quia utiq; dictum erat.
Justus autem ex fide vivit. In ratione
colligit. Si tm fides potest. ut et ante
legem abraham et sub lege non nisi
ipsa justificet. stultum ē eam tpe suo
ad justificandum nō putare solām suf
ficē. Nc postremū exerit auctoritatē
apostolicam et pronunciat. Ecce ego
paul? dico vobis. qz si circūcidamini.
xps vobis nichil prodesit. Si gra exci
disti. q̄ in lege justificami. Explicit plog?

Argumentum in epla
bti pauli apli ad gala
thas

Galathe sunt greci.
Hꝝ verbum veritatis
primum ab apostolo acceperunt.
seo post discessum eius temptati sunt a
falsis aplis. ut in legem et circumci
sionem verterent. Hos apls revocat ad
fidem veritatis. sēbens eis ab epheso. Explicit
argumentum.

Incipit epla bti pauli
apli ad galathas. Cm

Ad

AVLUS APS

non ab hominib' neq
p hominem · sed p ih'm xp'm
& d'm patrem · qui suscitauit
eum a mortuis · & qui mecum
sunt fres omes ecclis gal.
Gratia uobis & pax ado patre
nro & dno nro ihu xpo · qui de
dit semetipsum p peccatis nris ut
eriperet nos de presenti scto nequam
secundum uoluntatem di & patris nri · cui
est gloria in secula seculorum amen ·
Miror quod sic tam cito transferimini abo
qui uos uocauit in gratia xpi in aliud
euangelium · Quod non est aliud · nisi sunt
aliqui qui uos conturbant · & uolunt con
uertere euangelium xpi · Sed licet nos aut
angelus de celo euangelizet uobis p
quam quod euangelizauimus uobis · ana
thema sit · Sicut predixi · — & nunc itt

rum dico. Si quis uobis euangliz̃auerit p̃ter
id quod accepistis · anathema sit ·
Modo enim hominibus suadeo an dō. Aut que
ro hominibus placere · Si adhuc hominib̃
placerem · xp̃i seruus non ēm ·
Notum enim uobis facio frs euangliū qd̃
euangliz̃atum ē ame · quia non est secun
dum hominem · Neq; enī ego ab homīe accepi
illud neq; didici · sed pruelationem ihu xp̃i ·
Audistis enim conuersationem meam
Aliquando in iudaismo · qm̄ supramodum
psequebar ecclām dī & expugnabam illam ·
& proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos
meos in genere meo · abundantius emulator
existens patrnarum mearū traditionum ·
Cum autem placuit ei qui me segregauit de
utero matris mee & uocauit p gr̃am suam ·
ut reuelaret filium suum in me · ut euange
liz̃arem illum in gentibus · continuo non
Acquieui carni & sanguini · neq; ueni iero
solymam ad antecessores meos aplos · sed abii
in arabiam · & iterum reuersus sum damasci ·

Deinde post annos tres uenī ierosolimam uide
re petrum · & mansi apud eum diebꝫ quin=
decim · Alium autem aplorum uidi neminē.
nisi iacobum frem dñi · Que autem scribo
uobis · ecce coram do quia non mentior · Dein=
de uenī in partes syrie & cilicie · Eram autē
ignotus facie ecclīs iudee · que erant in xpo
Tantum autem auditum habebant · quī
qui psequebatur nos aliquando · nunc euan
gelizat fidem quam aliquando expugnabat
& in me clarificabant dm · C ii ·
Deinde post annos qua-tuordecim iterū
ascendi ierosolymam cum barnaba · assump
to & tito · Ascendi autem secundum reuela
tionem · & contuli cum illis euangelium
quod prēdico in gentibus · S corsum autē
his qui uidebantur aliqd cōnec forte in uacuū
currerem aut cucurrissem · S ad neq; titus qui
mecum erat cum ēt gentilis compulsus ē
circumcidi · sed ꝓpter subintroductos falsos
fres qui subintroierunt explorare libertā
tem nrām quam habemus in xpo ihū · ut

nos inseruitutem redigerem. Quibus neq; ad
horam cessimus subiectioni ut ueritas euange
lii permaneat apud uos. Ab his autem qui uide
bantur ee aliqo quales aliq̃ndo fuerint nihil mea
interest. Deus personam hominis non accipit.
Mihi enim qui uidebantur ee aliquid nihil
contulerunt. Sed econtra cum uidissent qd
creditum e mihi euangeliu prepucii sicut
& petro circumcisionis. qui enim operatus e
petro in apostolatu circumcisionis operatus
est & mihi inter gentes. & cum cognouissent
gratiam que data e mihi. Iacobus et cephas
& iohannes qui uidebantur columne ee dex-
tras dederunt mihi & barnabe societatis. ut
nos in gentes ipsi autem in circumcisione. tan
tum ut pauperu xpi memores essemus. Quod & ia
sollicitus fui hoc ipsum facere.

Cum autem uenisset cephas antiochiam in fa
cien a restiti. quia reprehensibilis erat. Pri
us enim quam uenirent quidam a iacobo. cu
gentibus edebat. Cum autem uenissent. sub
trahebat & segregabat se. timens eos qui ex

circumcisione erant. Et simulationi eius consen
serunt cæteri iudæi · ita ut & barnabas duceretur
in illam simulationem · Sed cum uidis
sem quod non recte ambularent ad ueritatē
euangelii · dixi cephe coram omnibus · Si tu
cum iudæus sis gentiliter uiuis et nō iudaice ·
quomodo gentes cogis iudaizare · Nos natura
iudæi · & non ex gentibus peccatores · Sciētes
autem quod non iustificatur homo ex operib⁹
legis nisi p fidem ihu xpi · & nos in xpo ihu
credimus · ut iustificemur ex fide xpi & nō
ex operibus legis · Propter quod ex operib⁹ legis
non iustificabitur omnis caro ·

Quod si quærentes iustificari in xpo ex opib⁹ legis
inuenti sum⁹ & ipsi peccatores · Num quid xps peccā
ti minister est · Absit · Si enim quę destruxi
hęc iterū ędifico · preuaricatorem me consti
tuo · Ego enim per legem legi mortuus sum · ut
dō uiuam · Xpo crucifixus sum cruci · Uiuo
autem iam non ego · uiuit uero in me xps · Quod
autem nunc uiuo in carne · in fide uiuo filii
dī · qui dilexit me & trādidit semetipm̄ p me ·

Non abituo grām di. Si enim plegem iusti
cia. ergo xp̄c gratis mortuus est. Cm.
O insensati galathe. quis uos fascinauit ueri
tati non obedire. ante quorum oculos ihūs
xp̄s. pscriptus est. & in uobis crucifixus. Hoc
solum a uobis uolo discere. ex operibus legis
spm accepistis. an ex auditu fidei. Sic stulti es
tis. ut cum spu cepistis. nunc carne consu=
mamini. Tanta passi estis sine causa. si tamen
sine causa. Qui ergo tribuit uobis spm & ope
ratur uirtutes in uobis. ex operibus legis an
ex auditu fidei. Sicut scptū ē. Abraham credidit deo
& reputatum est illi ad iusticiam. Cognos=
cite ergo. quia qui ex fide sunt hi sunt filii
abrahē. Prouidens autem scriptura quia ex
fide iustificat gentes dns. prenunciauit abra=
hē. quia benedicentur in te oms gentes.
Igitur qui ex fide sunt benedicentur
cum fideli abraham. Quicumq; enim ex o
peribus legis sunt. sub maledicto sunt.
Scriptum est enim. Maledictus omnis qui
non pmanserit in omnibus que scripta sunt

in libro legis· ut faciat ea·

Qm autem in lege nemo iustificatur· apud
dm· manifestum ē quia iustus ex fide uiuit·
lex autem non est ex fide· sed qui fecerit ea
Xc nos redemit de ma- uiuet in illis·
ledicto legis factus pnobis· maledictum·
quia scriptum ē· maledictus omis qui pen
det in ligno· ut gētibus benedictio abrahe
fieret in xpo ihu· ut pollicitationem spe
accipiamus pfidem·

Frs· secundum hominem dico· Tamen homi
nis confirmatum testamentum· nemo spernit
aut superordinat· Abrahe dicte sunt pmis
siones & semini eius· Non dicit i seminibus
quasi in multis· sed quasi in uno & semini tuo·
qui est xpc· Hoc autem dico testamentum
confirmatu ado· que post quadringentos
& triginta annos facta ē lex· non irritum
facit ad euacuandam pmissionem· Nam si
ex lege hereditas· iam non ex pmissione·
Abrahe autem pr pmissionem donauit ds·

Quid igitur lex· Propter transgres-

sionem posita est· donec ueniret semen cui pro
miserat ordinata p angelos in manu media
toris· ¶ Mediator autem unius non est· ds aut
Lex ergo aduersus ~~ unus est·
p missa di· Absit· Si enim data est lex que
posset uiuificare· uere ex lege esset iustitia·
Sed conclusit scriptura omnia sub peccato· ut
p missio ex fide ihu xpi daretur credentibus·
Priusquam uenisset fides sub lege custo
diebamur· conclusi in eam fidem que reuela
daret· Itaq· lex pedagogus nr fuit in xpo·
ut ex fide iustificemur· At ubi uenit fides· iam
non sumus sub pedagogo· Omnes enim filii
di estis p fidem· que est in xpo ihu· ~~
Quicumq· enim in xpo baptizati estis· xpm
induistis· ¶ Non est iudeus neq; grecus· non est
seruus neq· liber· non est masculus neq; femi
na· Omnes enim uos unum estis in xpo ihu·
Si autem uos unu estis in xpo ihu· ergo abrahe semen
estis· secundum p missionem heredes· Dm·
Dico autem quanto tempore heres paruulus
est· nihil differt a seruo cum sit dns omniu·

sed sub tutoribus & actorib' ē usq; ad prefi
nitum tempus a patre ·
Ita & nos cum ēmus paruuli · sub elementis
mundi ~ eramus seruientes · At ubi uenit
plenitudo temporis · misit ds filium suum
factum ex muliere · factum sub lege · ut eos qui
sub lege erant redimeret · ut adoptionem fili
orum recuperemus ·
Quōm autem estis filii dī · misit ds spm filii sui
in corda nra clamantem abba pater · Itaq; iā
non est seruus · sed filius · Quod si filius · &
heres p dm̄ · Sed tunc quidem ignorantes dm̄ ·
his qui natura non sunt dii seruiebatis · Nunc
autem cum cognouerint s dm̄ immo cogni
ti estis a dō · quomodo conuertimini iterum
ad infirma & egena elementa · quibus denuo
seruire uultis · Dies obseruatis & menses · &
tempora & annos · Timeo ne forte sine causa
laborauerim in uobis · Estote sic et ego · quia
~ ego sicut uos ·
Fres obsecro uos · nihil me lesistis · Scitis autem ·
quia p infirmitatem carnis euangeliz aui

uobis iam priden · & temptationem uram in
carne mea non sprauistis neq; respuistis · sed sic
angelum di excepistis me · sicut xpm ihm ·
Vbi est ergo beatitudo ura · Testimonium enim
phibeo uobis · quia si fieri posset · oculos uros
eruisetis & dedisetis mihi · Ergo — inimicus
uobis factus sum · uerum dicens uobis · — —
Emulantur uos non bene · sed excludere uos
uolunt · ut illos emulemini · Bonum autem
emulamini in bono semp · & non tantum cu
presens sum apud uos · — — — —
Filioli mei quos iterum parturio · donec for
metur xpc in uobis · Vellem autem ee apud
uos modo & mutare uocem mea · qui confun
dor in uobis · Dicite mihi · qui sub lege uultis
ee · legem non legistis · Scriptum e enim · qm
Abraham duos filios habuit · unum de ancilla ·
& unum de libera · Sed — qui de ancilla · secun
dum carnem natus e · qui autem de libera ·
pmissionem · Que sunt p allegoria dicta ·
Hec enim sunt duo testamenta · Vnum qui-
dem in monte syna in seruitutem generans ·

quę est agar. Sina enim mons est in arabia·
qui coniunctus ē ei quę nunc est ierlm· &
seruit cum filiis suis· Illa autem quę sursum
est ierusalem libera ē· que est mater nr̄a·
Scriptum ē enim· Lętare sterilis quę n̄ paris·
erumpe & clama quę non parturis· quia mul
ti filii deserte· magis quam eius quę habet vi
rum· Nos autem frēs· secundum ysaac pmissio
nis filii sumus· Sed quomodo tunc qui secun
dum carnem natus fuerat psequebatur eum
qui secundum sp̄m· ita & nunc· Sed quid di
cit scriptura· Eice ancillam & filium ei· Non
enim hęres erit filius ancillę cum filio libere·
Itaq; frēs· non sumus ancillę filii sed libere·
qua libertate xp̄c nos liberauit· Cv·
State· & nolite iterum iugo seruitutis contineri·
Ecce ego paulus dico uobis· quoniam si
circumcidamini· xp̄c uobis nihil p̄derit·
Testificor autez rursum omni homini circum
cidenti se· quia debitor est universę legis
faciendę· Euacuati estis a xp̄o qui in lege
iustificamini· a gratia excidistis· Nos enim

spū ex fide spem iustic̄ expectamus.

Nam in xpō ihū neq; circumcisio aliquid ua
let neq; prepūtium · sed fides que p caritā
tem operatur.

Currebatis bene · quis uos fascinauit uerita
ti non obedire · Nemī sentētia · Suasio hec · nō ē ex eo
qui uocat uos · Modicum fermentum totam
massam corrumpit · Ego confido in uobis in
dño · quod nihil aliud sapietis · Qui autem
conturbat uos portabit iudicium quicumq;
Ego autem frēs si circumcisionem adhuc | est ille ·
adhuc predico · quid adhuc pſecutionem pa
tior · Ergo euacuatum est scandalum crucis ·
Vtinam & abscidantur qui uos conturbant ·

Vos enim in libertatē uocati estis frēs · Tantū ne li
bertatē in occasionem detis carnis · sed
p caritatem spiritus seruite inuicem ·
Omnis enim lex in uno sermone impletur ·
diliges pximum sicut te ipsum ·
Quod si inuicem mordetis & comedetis · uide
te ne ab inuicem consumamini ·
Dico autem in xpō · Spū ambulate · et carnis desideria

non p̃fruetis· Caro enim concupiſcit aduerſus
ſp̃m·ſp̃c autem aduerſus carnem· Hec enim
ſibi inuicem aduerſantur· ut non quecumq;
uultis illa faciatis· Quodſi ſp̃u ducimini· non
eſtis ſublege· Manifeſta autem ſunt opera car
nis· que ſunt fornicatio immundicia impu
dicicia luxuria· idolorum ſeruitus· uenefica
inimicicie contencionꝫ emulacionꝫ· ire
rixe diſſencionꝫ ſecte inuidie ho
micidia· ebrietatis comeſſacionꝫ· & hiſſi
milia· Que predico uobis ſicut predixi· q̃m
qui talia agunt regnum dei non conſequen
tur· Fructus autem ſp̃c eſt caritas gaudium
pax patiencia longanimitas· bonitas benig
nitas· manſuetudo fides· modeſtia continencia
caſtitas; Aduerſus huiuſmodi non ē lex· Qui
autem ſunt xp̃i· carnem ſuā crucifixerunt
cum uitiis & concupiſcentiis·

Si ſp̃ū viuim⁹· ſp̃ū & ambulemus· Non effi
ciamur inanis gl̃e cupidi· inuicem puocan
tes· inuicem inuidentes· Cvi et ultimū·

Fr̃s· & ſi preoccupatus fuerit homo in aliquo

dicto · uos qui spirtales estis huiusmodi in
struite in spiritu lenitatis · considerans te ipsu
ne & tu temptaris · Alter alterius onera porta
te · & sic adimplebitis legem xpi · Nam si quis
existimat se aliquid e cum nihil sit · ipse se
seducit · Opus autem suum probet unusquisq; ·
& sic in semetipso tantum gloriam habebit & n
in altero; Unusquisq; enim onus suu portabit ·
Communicet autem is qui catezizatur verbo
tur verbo — a · qui se catezizat in omib; bonis ·
Nolite errare · ds non irridetur · Quæ enim semi
nauerit homo hec & metet · Qui semi at
in carne sua · de carne & metet corruptione ·
Qui autem semi at in spu · de spu metet uita
eternam · Bonum autem facientes · non deficia
mus · Tempore enim suo metemus n deficientes ·
Ergo dum tempus habemus operemur
bonum ad omnes · maxime autem ad domes
Videte qualibus litteris — Lucos fida ·
scripsi uobis mea manu · Quicumq; eni uolūt pla
cere in carne hi cogunt uos circumcidi · tan
tum ut crucis xpi pssecutionem non patiant ·

Neq; enim qui circumciduntur — legem custo
diunt · sed uolunt uos circumcîdi · ut in car
— ne uŕa glorientur · — — —
Q Ubi autem absit gloriari nisi in cruce dñi
nŕi ihu xpi · per quem mihi mundus crucifix
us est · & ego mundo · In xpō enim ihu neq;
circumcisio aliquid ualet neq; preputium ·
sed noua creatura · Et quicumq; hanc regulā
secuti fuerint · pax sup illos & misericordia ·
— & sup israhel dī · — — —
De cętero nemo mihi molestus sit · Ego enim
stigmata ihu ī corpore meo porto · Gratia dñi
nŕi IHV XPI cum spū uŕo frīs · Amen · — —

Explicat epla bti pau
li apli ad galathas.

Incipit epla bti pauli
apostoli ad ephesios.

Ephesij fuit aliam · Qui accepto ver
bo veritatis · pstiterit in fide · Hos
collaudat apls · scribens eis ab vr
be roma te carcere · Deuotiõz
ephesiorz quam fide et sanctorz
dilectione velut duob' vo
neis testib' approbant · prim' magister gen
tium exhortationib' incitat · Primo q' di
cit eos ante ostitutionẽ mundi electos · et in
adoptionẽ filiorz vocatos · ut ipsa electio et ad
optio dilatiõis in bono · collate eos vide fa
ciat dignitati · Deinde misteriũ incarnatiõis do
minice qd superiorib' ignotũ fuerat generatiõib'
p euangeliũ suũ illis reuelatũ dicit · ut i eo
honorẽ siue exaltiõis agnoscent · qm eundez mo
rtuis suscitauit homo xps ihs · transcendẽ
te honore principat' et vtutes et dnationes · et
sit in dei dextra i q' in insigne dignitatis oĩa dit'
collocat' · Reuocant' ecia in memoria superioris
uite · qd est efficacissimũ exhortationis genus ·
ut dum se abiectos et viles ẽmiscant' · crescat
ap' eos pfectus cumulus dignitatis · Nam in sa
xa volorz et lutea i pingendo · dei veri noti
ciam non habebant · Nebant i se ee extraneos
nõ solum a promissionũ spe · vm ecia a comu
natione ihũ · cui promissio debebat' · Sanguine
itaq xpi amotum ẽ legis obstaculum ·
q' inteos a gentib' diuidebat · et inter nomie
gentilisq depposito · vn' ex duob' nouus homo

tact⁹ est xp̃ian⁹. Hortꝰ g⁹ p̃missis bñficijs · ãmonet eos ut inuicem se ferant · et digne ambulent vocatiõe qua vocati ẽ · cum oñi hũilitate et mã suetudine · Demũ ut optim⁹ mor magister vi cior oiñ impat cautionem · officia int affec ordinat uxoris in virum · viri in uxorem · fi lior ĩ parentes · parentũ in filios · Precipit ser uis ut fidel͂ seruiant · Ammonet dñas ut impẽt clemẽt · Hc postremũ in omune oĩb⁹ genera armor suggerit · quib⁹ cont spũales hostes valeant dimicare · Explicat prologus ·

Argumẽtum in epl̃a bẽ pauli apli ad ephesios ·

Epheſy ẽ asiam · Hꝝ accepto vbo vitatis · p hitert in fide · Pos collaudat apls · scri bens eis ab vrbe roma de carcere p diaconez · Sciendũ ẽ me · q hec epl̃a quam nos ad ephesios septam habem⁹ · hetici et maxie mar cionite ad laodicenos attitulant · Explicit argu mentum ·

Incipit epl̃a bẽ pauli apli ad ephesios · Cl⁹

tichicum

Ad Eph̄.

PAVLVS APŌS XP̄I
IHV̄ PER VOLŪNTATEM DI
scis omnibus qui sunt ephesi
& fidelibus in xp̄o ih̄u · Gratia
uobis & pax ad̄o patre nr̄o ·
& dn̄o ih̄u xp̄o · Benedictus
ds & pater dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i · qui
benedixit nos in omni benedicti
one spirituali in celestibus in xp̄o ·
sicut elegit nos in ipso ante mundi
constitutionem · ut essemus sci & inma-
culati in conspectu eius in caritate · Qui pre-
destinauit nos in adoptionem filiorum p ih̄m
xp̄m in ipsum secundum ppositum uo
luntatis sue · in laudem glorie gratie sue ·
in qua gratificauit nos in dilecto filio suo ·
in quo habemus redemptionem p sanguinem
eius remissionem peccatorum · secundum diui
tias gratie eius que superabundauit in nob
in omni sapientia & prudentia · ut notum
faceret nobis sacramentum uoluntatis sue

ſcundum ~ beneplâcitum ciuſ quod ꝓpoſu
it in eo in diſpenſationem plenitudinis tem
porum · inſtaurare omnia in xpo que in
celis & que in terra ſunt in ipſo · In quo & nos
ſorte uocati ſumus predeſtinati ſcundum ꝓ
poſitum ciuſ qui omnia operatur ſcundum
conſiliũ uoluntatis ſue · ut ſimus in laude
glorie ei⁹ nos q̃ ante ſperauimus in xpo · in
quo & uos cum audiſſetis uerbum ueritatis
euangelium ſalutis ure · in quo & credentes
ſignati eſtis ſpu promiſſionis ſco · qui eſt pig
nus hereditatis ure · in redemptionem acqui
ſitionis in laudem glorie ipſius · ~ ~

Propterea & ego audiens fidem uram que e
in dño ihu & dilectionem in omnes ſcos · n
ceſſo gratias agens ꝓ uobis · memoriam uram fa
ciens in orationibus meis · ut ds dñi nri ihu
xpi pater glorie det uobis ſpm ſapientie &
reuelationis in agnitione ei⁹ illuminatos
oculos cordis uri · ut ſciatis que ſit ſpes uoca
tionis eius · & que diuitie glorie hereditatis
eius in ſcis · & que ſit ſupereminens magnitudo

uirtutis eius in nos qui credidimus secm operationem potentie uirtutis eius quam operatus est in xpo suscitans illum a mortuis & constituens ad dextram suam in celestibus supra omnem principatum & potestatem & uirtutem & dominationem & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed & in futuro & omnia subiecit sub pedibus eius et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam que est corpus ipsius et plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur. Cap. ii.

Et uos cum essetis mortui in delictis & peccatis uestris in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius secundum principem potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in filios diffidentie in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nre facientes uoluntates carnis & cogitationum & eramus natura filii ire sicut & ceteri. Deus autem qui diues e in misericordia propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos & cum

cōmus mortui peccatis conuiuificauit nos xpo.
cuius gra estis saluati. & conresuscitauit & con
sedere fecit in celestibus in xpo ihu. ut osten
deret in seculis supuenientib; abundantes diui
tias gratie sue in bonitate sup nos in xpo ihu.
Gratia enim estis saluati p fidem. &
hoc non exuobis. dei ei donū est. non exoperib;
ut ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura
creati in xpo ihū in operibus bonis que ppara
uit ds ut in illis ambulemus.
Propter quod memores estote quod aliquando
vos qui gētes eratis in carne. qui dicebamini preputiū
ab ea qui dicitur circumcisio in carne manufac
ta. Quia eratis illo tempore sine xpo. alienati
a conuersatione isti & hospites testamentorū.
p missionis spem non habentes. & sine do in hoc
